

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Ab: Principi Ansalino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Ansalinum Romae causa servestanae in qua M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Ansalino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Ansalino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Ansalini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravintonis et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Deponens Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami.
- X. Bulla Amuleti M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudlingerii. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum eundem pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in qua Cerevisiae Servestanae Danielis Burchardii.
- XXIV. Desortatio a Callemnijs
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis.
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrum Dn. Johannem Gualtero.
- XXIX. Trinitas Jeverum M. Christiani Galli Italosaxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johanni Amlingi Nicolai May.



AS LIII.

an 52

VOTIVÆ AMICORUM

ADCLAMATIONES

destinatae

Reverendo & Clarissimo Viro

DN.

JOHANNI BERGIO

S. S. THEOLOGICÆ DOCTORI, ACADEMIAE VIADR. PROFESS. PUBL. & P. T. VENERANDI

Theologorum Ordinis Decano

Speculatissimo

CUM

CUM

Lectissima Virgine

DOROTHEA,

Viri admodum Reverendi & Excellen-

tissimi, Domini

MARTINI FUSSELLII S. S. THEOL. D.

Serenissimo Electori Brandenb. à Concio-

nibus & Consilijs sacris, Consistorij item Assesse-

ris & Ecclesiae Colonienf. Pastoris

vigilantissimi

FILIA

BEROLINI

nuptias

XII. Kal. Maij

A. C.

W loc XVIII.

adornanti.

FRANCOFURTI

Typis Nicolai Voltzij exscriptæ.

JOHANNES BAPTISTA

VOLVIT AMICORUM

ADVERSUS

AVERTISSEMENT

DE

JOHANNI BAPTISTO

THEOLOGICO DOCTORE

COMMISSARIO

THEOLOGICO

PROFESSORE

ET

RECTORI

DOROSTRA

AVERTISSEMENT

MARTINI BAPTISTAE THEOL. D.

SECRETARIO

AVERTISSEMENT

AVERTISSEMENT

BAPTISTAE

AVERTISSEMENT

AVERTISSEMENT

AVERTISSEMENT

AVERTISSEMENT

AVERTISSEMENT



I.

Ad Rev. Clarissimum Excellentissimumq;
VIRUM

DN. JOHANNEM BERGIUM
S. S. THEOL. D. ET PROFESS. PUBL.
& p. t. Venerandi Theologorum Ordinis
Decanum spectatissimum
SPONSUM.

Annus; & Eusebie tua Daphnide tempora
cinxit,
En nova jam BERGI ferta, nec annus
abit.
O utinam Genitor, gemini spectator ho-
noris,
Gaudia sensisset tanta superstes humo.
Vota tibi, o utinam! coram sanctissima ferret,
Ad bona quid reliquum? ne tamen hoc reliquum.
Ipse Patrem BERGI referas, pluresq; reducas
BERGIadas animis ingenijsq; pares,
Ex doctis docti, fortes è fortibus extent.
Et genere è sancto sancta propago fluat.
Nec Montes desint Pedibus: nec montibus isti,
Unde Supernatum scanditur Aula Patrum.
Hæc ego, qui superos collustrans lumine montes,
Auxilium è summis montibus omne, precor.

Christoph. Pelar-
gus D.

A 2

Cabala


II.

Cabala:

אִשְׁרָה
Virago

אִישׁ
Vir

fine



id est

DEO

אֵשׁ
ignis.

אֵשׁ
ignis.

אֵשׁ	מַלְמַד	הַ
אֵשׁ	רֵאשִׁית	חַתָּן
אֵשׁ	מִתּוֹחַ	אֵשׁ אֵשׁ
אֵשׁ	מְרֻרִים	נֶזֶק
אֵשׁ	יְרֵאָתָם	אֵשׁ טִי
אֵשׁ	וְאֵשׁ כִּי אִישׁ	לֹא אֵשׁ
אֵשׁ	בֵּית עוֹלָם	תְּהִיִן
אֵשׁ	בְּעִזְרַת יְהוָה	מֶלֶךְ

Gregorius Francus

S. Theol. D. & Professor
in Academia Viadr.

Ænigma



Ænigma Nuptiale.

Fortè Syracusiam si quis benè noverit artem,
 Et Samij abstrusos Pythagoræ numeros,
 Sive Tarentinus, seu tu Clarissime BERGI,
 Ad BEROLINENSIS tendite tecta Iovis,
 Solvite Gordiaco ænigma hoc velamine tortum,
 Solvite & in varios diffuite inde jocos.
 At nisi fallar ego, BERGI mens enthea solvet,
 Præmium & hinc SOLUS PHILLIDA habebit idem.
SUNT DUO, NEC DUO SUNT, SUNT QUATUOR,
HAUD TAMEN HI SUNT
QUATUOR, UNUS ET EST NEC TAMEN UNUS
ERAT.

Ne quære Ortygiam Dodonæasq; columbas,
 Sola Venus nodum diffuit Herculeum!
 BERGI ADES, cujus doctas lingua aurea musas
 Marchiacum ad Viadrum ex monte Helicone trahit,
 Hæc duo fortunata tibi sint, quatuor, unumq;
 Hoc, quondam numerum hi meq; beent numeri!
Verè amicus adfectus

Val. Arithmæi Phil. &
 J. U. D. P. P.

Iam tua lustra, mihi primùm quo notus amore,
 Ingenijs Necarus fert ubi nectar, eunt.
 Quùm mihi Phoebeâ redimito tempora Lauro,
 Pœnè puer venâ divite metra dares.

Heu! quanta interea nos intervalla locorum
Vallarunt, BERGI, climate, monte, salo,
Climate, monte, Salo vario, Fortuna probavit.
Fortis utrumque, fores pandit utriq; boni.
Scilicet exsurgit potior sententia mente,
Aspera Fortunæ quam cynosura regit.
Disjunctos tandem piscosa fluenta Viadri,
Iunxerunt artâ, clara Lycæa, fide,
Heic fas principio tædæ desponsa rependam
Metra tuæ, fatis conligo vota novis.
Felix! qui doctâ fulges Pietate, Fideq;
Qui falsè tractas Relligionis opus:
Corpora SAL servat veluti; servatur & ipsa.
Sic sale Iudicij Relligio & Regio.
Felix! eiusdem, Fidei, salis atq; salutis,
Cui focer ex votis contigit immò Pater,
FUSSELLIUS, doctâ Præco Pietate, Fideq;
Integra cui probitas, integritasq; proba.
Felix! patre tibi tali dum jungitur unxor,
Gloria virginei prima chori, ima tori,
Immò fori Fax ista tui, quæ nomen & omen
Ascendet, BERGI, posteritate pia.
Hac fulge lætus; tibi lætum Sponsa levamen,
Altera sit, dum Res Relligione ligas.

Honoris causa F.

Cyr. Herdesianus J. U. D. & Pub. Histor.
Prof. in Acad. Francof.

MYS-

V.
MYSTERIUM
AMORIS CONIUGALIS.
Ode Alcaica.

EN, BERGIUS JAM DOROTHEAM sibi
Iungit jugali FÜSSELIAM thoro!
Quidnam pudicis his precemur
Cordibus, omnibus secundis?

Adsit benignus conjugio DEUS
Istud sacrae Ordinis prius
Qui sanxit; & foecundam eidem
Attribuit benedictionem.

Idem sacratum hoc conjugium DEUS
Amoris inter Christum & amabilem
Ecclesiam, (ô mysterium ingens!)
Esse typum voluit beatis.

Amore sponsus virginis uritur:
Amore Christus flagrat & arduo
Ecclesiae Sponsus beatæ,
Sanguine quàm proprio redemit.

Verbis ut ambo se sociant, datis
Arrhisq; Sponsi: sic & olympicus
Evangelii Sponsus sonorâ
Voce, suam sibi Sponsam, & arrhâ

Iungit, sacrae pignore Spiritus.
Commune Sponsis quodlibet est simul:
Idem ille, quicquid commodorum
Possidet, omne dedit Fideli.

Thorii

Thori feracis pignora, liberos
Dant conjuges: sic munere mystico
Verbi sui, laudis-feracem
Colligit ille sibi catervam,
Nuptam maritus perpete providus
Curâ tuetur: nuptaq; sedulo
Mandata curans undiquâq;
Prompta suo obsequitur marito,
Iunctam perenni CHRISTUS Homo-Deus
Ecclesiam sic præsidio fovet:
Hæc iussa spectans undiquâq;
Pura suo obsequitur Patrono.
Nec fortis unquam separat horridæ
Vis dira iunctos connubio sacro.
Nec nos furores Inferorum
A Domini rapiunt amore,
Sponsus paternas, agmine prævio
Pfallentum, ad ædes, Sponsam animam suam
Deducit, amplorum ut suorum
Participem faciat bonorum,
Christus beatus, aligerum choro
Pfallente, ad ædes nos, animam suam,
Deducet, æternorum ut illic
Nos faciat socios honorum.
Hæc verò cunctos nosse decet pios,
Quæ firma præstant pharmaca tristibus,
Mentemq; si curis gravata est,
Exonerant, facilemq; reddunt,
Pijs quid unquam conjugibus malo
Iucundius se tempore detegit:
Quàm nosse, Salvatoris ipsam
Esse suam, propriamq; carnem?

Carnem

Carnem quis odit, quis nec amat suam?
Hanc curat omnis. NEMO SIBI MALUS.
Qui Christus ergò non amaret,
Quam tenet Optimus Ipse carnem?
Sint fixa vestris hæc, rogo, mentibus,
Sponsi novelli: tempore & horrido,
Mysterio tali subindè
Vincite, quæ mala sunt jugatis.

*Fausla acclamationis ergò
decanata à*

M. Joachimo Mencilio, Ecclesiæ
reformatæ Electoralis Verbi di-
vini ministro.




V I.

Q Vicquid homo tentat Jhovâ duce & auspice, finem.
Optatum assequitur: pagina sacra refert.
Id benè perpendis satagens fulcire jugalem,
SPONSE, torum fidei remigioque precum.
O felix thalamus, precibus qui sternitur almis!
Desuper is, sese quo tueatur, habet.
Fortunâ ergò novâ, atq; novo gaudebis honore,
Auxilio nixus præsidioq; DEI.
In minimas etenim sese diffundere gaudet
Particulas rerum provida cura DEI.
Quis neget æthereis missum tibi munus ab oris
DOROTHEEN, blando munus amore scatens?
Suscipe, quam donat favor omnipotentis olympi,
DOROTHEEN, mentis quæ cumulata bonis.
Digna favore tuo est: cui nil divina negavit
Gratia, quod nympham condecorare queat.

Isto

Isto si fueris contentus munere: plura
Certatim tribuet dextera larga DEI:
Munera coniugii nimirum & pignora lecti:
Laude Dei nomen quæ super astra vehant.
Non ego, Te quantus vadentem passibus æquet
Candor, honor, pietas, gloria, fama canam.
Marchia commemoret facundis plena Poëtis,
Ingenij dotes, dulcis amice, Tui.

*Abrahamus Cremerus Grunebergensis Silesius,
Ecclesia Lindoviensis & conjuncta-
rum Pastor, in Anbaltinatu.*



VII.

Qui tibi Mons, Suadæ cœlestis adorea, Sponse,
Hactenus Aonia non sine fruge fuit;
Is nunc Idalio perfusus rore, novella
Ut stirps succrescat, semina grata ferat.

Job. Christoph. Hartmannus.



VIII.

Non te sava Cupidinum
Mater, non soboles te Semelëia,
Non lasciva licentia,
Irrupto sociat fœdere conjugii:
Autor conjugij Deus,
Et Natura sibi debita postulans,
Et quem promptus adis, Labor,
Inflamman licitis pectus amoribus.
Urit te probitas Tuæ,
In quem tota ruit munere Numinis;

Urget

Urget castus amor, Deo
Quem donante pijs quis neget offibus
Subdi? Munus habes Dei,
Quod lætus gremio detineas tuo.
Hinc junctis precibus Deum
Flectetis facilem: flexus is annuet.
Hinc longo ordine, quæ Deo
Pro vobis soboles postera seruiat,
Quæ vitæ & fidei datam
A vobis capiat lampada, se exeret;
Quod natura jubet peti.
Isthâc te sociâ, Sponse, laborib.
Accinges gravioribus.
Isthâc te sociâ non labor improbus
Vincet; gratior at quies,
Ulnis, si superes, excipiet suis.

M. Adam-Christianus Agricola.



VIIII.

Quî factum, thalami consortem quod sibi quisq;
Exoptet similem, pagina sacra docet.
Adjutor clemens homini adiutoria fecit,
Non est, solum, hominem, suggerit, esse, bonum.
Scilicet iste Deus primis hæc commoda plastis.
Fecit, & hæc reliquis addidit ipsa bonis.
Fecit & unanimis consensus ut inter utrosq;
Sit, pietas eadem, spesq; fidesq; simul.
Ergonè jam duo sint, quibus est mens una, voluntas.
Una, labor, vita, & mors, quibus una caro?
Unum sunt, ait ipse Deus, quia glutine vincli.
Diò, quos junxit Conjugialis amor..

Sicq;

Sicq; tuæ menti similem clarissime BERGI
Aptasti Sponsam, Sponse verende, Tibi,
Mutuus inter vos sit amor, sit vita perennis,
Et det, quod vestrum cor petit, omne DEUS.
Sit quaeso nuptis præstò tua gratia CHRISTE,
Votaq; nunc factis impleat ista tuis.

Honoris

*&
Observantis ergò
acclam:*

Ernestus Sachus
Halberstad.



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
Sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







B.I.G.

Farbkarte #13

LIII.

ICORUM
IONES

risimo Viro

BERGIO

DOCTORI, ACA-
ol. & p. t. Venerandi
dinis Decano
simo

irgine

HEA,

*ndi & Excellen-
mini*

S.S. THEOL. D.

randenb. à Concio-
sistorij item Assesse-
sienf. Pastoris

imi
A

INI

s
Maÿ

XVIII.
i.

URTI
zij exscriptæ.

an 52

